

N. 7.

A. D. 1030.

(dicembre, Indiz. XIII).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Canne.
<i>Rogatorio</i>	Gregorius diac. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio quasi quadrato: alt. 0,32, largh. 0,30.
<i>Scrittura</i>	Corsiva.
<i>Contenuto</i>	<i>Risando, f. Gundelgardi</i> , di Canne, giacendo infermo, dona <i>pro anima</i> alla chiesa di s. Maria dell'Episcopo di Canne, rappresentata da <i>Risando primicerius</i> , una terra <i>in loco Ferulito</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini iesu christi secundo anno imperii domini Romano sanctissimo imperatore nostro mense december tertiadecima indictione, ideoque ego Risando f. Gundelgardi de civitate Canni. dum iacere (*sic*) infirmitate in lectulo meo, et recte et memoriter loquere potebam, sicut congruum mihi est offerire pro anima mea, una terra mea quem
5 abeo in loco Ferolito ad eclesia vocabulum sancte Marie episcopo de ac civitate Canni, quod mihi est pertinentem de supradicto genitore meo et genitrice. bona etenim mea voluntate, quam et ante presentiam Petri iudicis et testium subscriptis. per fustem seu et per hunc videlicet scriptum offertionis hordine, do atque offero pro anima mea in prephata eclesia (1) episcopo, recipientem illum Risando presbiter et primicerius prephate eclesie.
10 vice huius nominate sancte eclesie, hoc est ut diximus ipsa predicta terra mea quem abeo in iamdicto loco Ferulito, qui habet finis de prima et secunda pars a mediis limitibus sunt terre Cotunei f. Carandi, de tertia pars a medio limite est terre de filii Risi binosino, quarta vero pars est terra (*in bianco*). Infra iste namque finis ut diximus dedi pro anima mea atque offeruit in iamdicta eclesia, ipsa nominata terra mea ut prelegitur, cum inferius et
15 superiusque suis cum trasita et exite sue (*sic*) et cum omnia infro se habentem. Unde nec mihi q. s. Risandi neque ad eredes meos neque morgincaph uxori mee, neque ad nullus quempiam hominem nihil exinde reservavi portionem requirendum. Set sicut prelegitur offeruit in iamdicta eclesia pro anima meam (*sic*) eiusque rectoribus semper ad abendum vel ad possidendum et faciendum exinde ab hodierna die omnia que illorum fuerit voluntas.
20 Unde de ea que prelegitur quod offeruit nec launegilt nec pretium exinde quero. Set tantum orationem ad deum pro anima mea. Unde et bona mea voluntate guadium dedi tibi q. s. Risandi primiceri, et tu eadem guadia recepisti vice prephate eclesia (*sic*) et mediatorem me ipsum tibi posuit ea ratione ut si aliquando tempore ego q. s. Risando vel meos eredes his dicta terra ut prelegitur de iamdicta eclesia eiusque rectoribus subtraere voluerimus
25 seu si non defendimus (*sic*) illa eorum ab omnibus ominibus et de quarta uxori mea, et da

(1) Ripetuto eclesia.

omne servitio domnico, et sumatico, et causationes, et intentiones, eis inde mittere voluerimus per nos ipsi aut per summissa personas. Obligo me Risando et meos eredes dare ad prephata eclesia eiusque rectoribus decem solidos constantinos et hec que prelegitur adimpleamus eis seu omni tempore stet per invitis, per eadem guadia et meipsum q. s. mediatorem, qui vobis licentiam tribuit pignerare me et meos heredes sine compellatione, per omnia causa nostra pignera legitima et inlegitima. Et hunc scriptum offertionis scripsi ego Gregorius diaconus et notarius. et interfui. actu mense et indictione supranominatis. 30

† Ego q. s. Petrus iudex.

† Ego Iaquinto diaconus.

† Ego Adelardo.

† Ego Ada teste sum.